bene diligenterq exauditis et intellectis, bene obtentum esse processum adinvenit, et citto ulterius procedere decrevit.
Quam sententiam et Decretum prns pars citta pro iure non suscepit nec in eo acqui: escere voluit, verum ab eo et cum eodem Magnificum Joannem Firley à Dambro: wicza Capneum Lublinen ad Judicia Ordinaria Generalia Tribunalis Regni Lublini proxe celebrandi, per Ministerialem Generalem Regni Providum Albertum Jarostow: sky movit seu appellavit: Terminum ipsi sententiæ expurgandæ, sibi vero et parti motionis et causæ suæ prosequendæ, inter causas Pallatus Lublinen præfigendo.
Quam motionem Judicium prns Castren Lublinen, præfatæ parti cittæ admisit: Terminum partibus modo præmisso inter causas Pallatus Lublinen conservando.

Inter eosdem Altera.

Proposuit Judicialiter coram prnti Capli Castren Lublinen Judicio Instigator Officij prntis, tum et Nobilis Christopherus Weglinsky dellator, Actor pars, contra in: frascriptum cittum cittone tenoris talis:
Joannes Firley à Dambrowicza Lublinen etc Capneus. Tibi Nobili Abrahamo Weglinsky in Wilczopole sortis tuæ hæredi, de bonis tuis generaliter omnibus, mandamus vigore Regio et nro Capli ex officio, ut coram nobis seu Judicio nro Capli Castren Lublinen in Terminis Judicialibus feria secunda post Dnicam Quadragesimalem Ramis Palmarum proxe ventura in Castro Lublinen celebrandis, vel iis deficien tan: dem in proxe venturis: Ad instantiam Instigatoris Officij nri, tum et Nobilis Christopheri Weglinsky dellatoris pntis et peremptorie compareas. Qui te citat ad banniendum et de Regno Poloniæ dominijsq eius annexis proscribendum Ideo. Quia tu existens inrevictus in causa, occone per te eidem actori vulneris in digi: tum indicem manus sinistræ, ad detrusionem cutis et effusionem sanguinis violenter inflixionis, Taxæ Triginta Marcarum polonicalium, et damni totius in se continen, processu causæ istius latius canendi, rei iudicatæ non vis satisfacere, nempe cumationem tui de bonis tuis omnibus vigore ipsius lucrorum et perlucrorum ex vadiorumq tricatorum, suis te et bonis tuis omnibus, primum in Judicio Terri Lublinen tandem ex remissione in Officio nro Castren, obtentorum et perducto: rum noluisti et non vis admittere: Citaris itaq ad videndum et audiendum super te poenam bannitionis decerni et per Ministerialem publicari, ad omniumq notitiam deduci, ad præmissa sis Judicialiter responsurus. Datum in Castro Lu: blinen feria secunda post Dnicam Quadragesimalem Judica proxa. Anno Dni

Millesimo

Millesimo Sexcentesimo Vndecimo.

Et post propositionem suam modo praemisso factam, deducto parti cittae de termino legitimo et contentis cittationis suae verificatis, petyt eandem ad Iudicialem responsionem compelli; Reservatis de iure reservandis.

Licet vero hoc in loco pars citta contrarias suas fecerit, tamen eas intra triduum ut iuris est ad acticandum non porrexit, De cuius negligentia, sua autem in suscipiendis controversys diligentia, Generosus Albertus Sieralkowsky, Notarius Castrensis Lublinensis protestatus est.

In contrarium Actoris pars processum hunc supercitto bene et legitime obtentum esse sufficienter et autentice deduxit ex ea ratione. Quia oblata perlucrorum in eo processu non fuit de iure necessaria. Siquidem in eodem Officio continuabatur exequutio plurium, in quo ipsa perlucra obtenta sunt, petiit itaque pars actoris processum suum bene et legitime obtentum esse adinveniri, et citto procedere decerni: Caeteris iuris beneficys saluis.

Et Iudicium praesens Capitaneale Castrense Lublinense contrarys partium, actoris per se praesentis, cittae vero per Nobilem Nicolaum Jaskilowsky, plenipotentem suum, coram se factis bene diligenterque exauditis et intellectis, bene obtentum esse processum adinuenit, et citto ulterius procedere decreuit.

Quam sententiam et Decretum praesens pars citta pro iure non suscepit, nec in eo acquiescere voluit, verum ab eo et cum eodem Magnificum Joannem Firley a Dambrowicza Capitaneum Lublinensem ad Judicia Ordinaria Generalia Terrestris Regni Lublinensia proxime celebranda per Ministerialem Generalem Regni Prouidum Albertum Jaroslowsky mouit: Terminum ipsi sententiae expurgandae, sibi vero et parti motionis et causae suae prosequendae inter causas Pallatinatus Lublinensis praefigendo.

Quam motionem Judicium praesens Castrense Lublinense praedictae parti cittae admisit; Terminum partibus modo praemisso inter causas Pallatinatus Lublinensis Conseruando.

Inter Luboraczky et Wierzbiczky Appellatio.

Proposuit Iudicialiter coram praesenti Capitaneali Castrensi Lublinensi Judicio, Instigator Officii

praesentis